viro mitteret et ab homine magis digno susciperet. Verum
tu magnitudine virtutum magisque fortunam inspicis
id agis ut me saltem dignum fingas. Gaudeo te ar-
marium ab avunculo tuo liberali et optimo viro impetra-
sse. Mitto ita brevi illud acceptum. Paravi cameram
tibi et danieli nostro. Bibliotecha situata erit inter
me et utrumque vestrum, ut ipse locus sit communis. Cupio
sine iniuria vestra cum aliqua vobis esse, ut aliquo
tempore meo essetis. Quod ipsum tum commodum secum
afferre ut nec ulla res alia commodior neque ioco
iucundior esse possit. Expecto summo cum desiderio quod
daniel meus in suas per litteras nunciet infantem
sibi natum meque ad compromissam compaternitatem vocet
nec sepius indicat si putassem non putabam. Ego quidem
ita universitati huius studii prolixum ut nulli futurum
sit molestum si duos impendo amicis meis dies. Cum
ad te veniam quod brevi spero certa erit ut illum exspectatum
commentarios quoque epistolarum habeam. Vale:

Gasparinus pergamensis

GASPARINUS pergamensis facino s. p. d.
Cupio maxime si Johannes noster convaluit ex feb-
ribus suis tuis litteris certior fieri. Nec est quod multum
labores in scribendo, satis mihi erit si unum aut duo
verba scripseris, valet aut nudum verbum valet. Quod si et
sospes est et incolumis ut illi certe summe opto accu-
sabis eius negligentiam quod aut nihil de nobis
curet aut nos de ipso. Hoc quod sit haesitandum cuius
prudens potes indicare facile. Vale et me recom-
mendes Joh. Federico nostro multa salute impartias
et cura ut apud te melior ac doctior in dies fiat.

Gasparinus pergamensis

GASPARINUS pergamensis Andree Julliano
s. p. d. Recognovi pristinum amorem tuum his
recentibus litteris quas ad me dedisti. Commendasti
in quantum necessitudo nostra vel officium exigit Egre

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1592/0249
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG